

Rz. *Seminum Thamarindorum*

Sumach ana ꝑ ij.

Contundantur, & affunde eis aquæ cælestis [seu pluvix] ꝑ viij. aut q. s.

Macera deinde per horas xxiiij. Postea coque donec tertia pars aquæ remaneat: excolatam deinde aquam, cum albuminibus ovorum clarifica & despuma: despumatam deinde iterum coque supralentas prunas, ad spissitudinem iustam; deinde repone, ut *Acaciam ex Prunellis silvestribus* factam.

P O N D E R U M R A T I O.

P O N D E R A quibus hodie Medici utuntur, hæc sunt: *Libra*, *Quartarium* vel *Quadrans*, *Vncia*, *Drachma*, *Scrupulus*, *Obolus*, *Lupinus*, *Granum*, *Siliqua*, *Lens*: & hæc quidem à Grecis atque Romanis mutuavunt.

Præter hæc sunt alia quæ à Barbaris atque Arabibus desumpserunt; qualia sunt, *Manipulus*, *Pugillus*, *Aureus*, *Kist*, *Kirath*, & *Danitz*; quorum nominibus Mesuæ potissimum uti constat.

Libra itaque, quæ & *Pondo* etiam dicitur, in duodecim uncias dividitur. Errant itaque indocti huius ætatis *Pharmacopola*, qui *libram*

Qs

sicte-

sedecim unciarum, quot sane mercatoria ac negotiatoria est, in medicamentis conficiendis accipiunt. Ea autem illos uti libra facile ex quartis colligitur, quibus uncias quatuor assignant; quas si quater sumpseris, sedecim prodibunt uncia. Quartam autem libra partem, Latini Quadrantem nominant, sicuti tertiam Trientem, sextam Sextantem. Quadrans itaque, vel (ut nostri loquuntur) Quarta, vel Quartarium, pondus exstititrium unciarum; Triens vero quatuor; veluti Sextans duarum unciarum.

Porro Uncia octo drachmas constituit; denarios septem: Drachma scrupulos tres: Scrupulum vero, qui Graecis $\rho\acute{\alpha}\mu\mu\alpha$ dicitur. (quasi primum ponderis elementum) nonnulli Scrupulum etiam nominant: habet vero obolos duos. Obolus pendet grana duodecim; qua idcirco viginti quatuor scrupulum constituunt. Nicolai tamen scrupulus ex viginti tantum granis constat.

At & alia pondera Graecorum Medici usurpant. Drachma enim novem Lupinos pendit: Siliqua vero, qua Graeci $\rho\acute{\alpha}\mu\mu\alpha$ dicitur, est dimidium Lupini: Siliqua itaque sex, Lupini tres, scrupulum pendunt. Semen autem in Siliqua contentum, non tota Siliqua, intelligitur: & id mediocre, non enorme & habitus; neque strigosum & emaciatum: qualia Hordei aut Tristici grana usurpamus, qua hodie minimum pondus faciunt, veluti olim grana Lentis. Unum vero Siliqua granum sex Lentis seminibus pendere respondet: qua si sexies sumpseris, in universum tri-

eriginta sex L'ntis semina prodebunt, quæ scrupulum constituunt.

Nunc ad ea, quibus Arabes & recentiores usi sunt, venimus: inter quæ primum Manipulus nobis occurrit. Sic autem vocant herbarum fasciculum, quem manus prehendere & complecti potest. Pugillo autem perperam pro pondere utuntur recentiores, cum sit diminutivum potius à pugno, qui compressis sit digitis. Aureus, ille pondus unius drachmæ cum dimidia significat. Danich pondus octo granorum: Kirath vero quadruplum.

P. C. SCHOL.

Danich.] Contra Georgii Agricola, aliorumque doctorum virorum sententias, Cordus Danich pondus granorum sex, & Kirath trium faciebat.

Q 6 NOTÆ